



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Magistro Gvillielmo Canonico Thebano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

quæ in presentiarum rationabiliter possides, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ protectionis &c. usque incursum. Datum Laterani x. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno undecimo.

HVGONI CANONICO
Thebano.

Epist. 119.
Confirmatur
fili ecclesie de
Kalenda.

CVm à nobis petitur &c. usque effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem Ecclesiam de Kalenda, sicut eam iuste possides & quietè, auctoritate tibi apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. protectionis & confirmationis &c. usque in finem. Datum ut in alia.

ROBERTO DE SVCIACO
Canonico Atheniensi.

Epist. 140.
Confirmatur
in presentia
Atheniensi.

CVm à nobis petitur &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem præbendam quam in Atheniensi Ecclesia es canonicè assecutus &c. ut in alia usque in finem. Datum ut supra.

MAGISTRO GVILLELMO
Canonico Thebano.

Epist. 141.
De eodem ar-
gumento.

CVm à nobis petitur &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem Ecclesiam sancti Iohannis de Araquio, sicut eam iuste possides & quietè &c. usque in finem. Datum ut in prima.

HVGONI CANONICO
Thebano.

Epist. 142.
De eodem ar-
gumento.

CVm à nobis petitur &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem præbendam quam in Thebana Ecclesia es canonicè assecutus, sicut eam iuste possides &c. ut in alia usque in finem. Datum Laterani &c. ut supra.

MAGISTRO RANDVLPHO
Decano Davaliensi.

Epist. 143.
Confirmatur
in presentia
Ecclesie Davala-
ensis.

CVm à nobis petitur &c. usque effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili &c. usque suscipimus, specialiter autem decanatum Davaliensis Ecclesie, sicut illum iuste possides & quietè, auctoritate tibi apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ protectionis & confirm. &c. usque in finem. Datum ut supra.

ARCHIEPISCOPO LARISSENO,
*& dilectis filiis Ciriensi & Nazorensi
electis.*

AD nostram noveritis audientiam pervenisse quod venerabilis frater noster Atheniensis Archiepiscopus, timore ductus, nobili viro Ottoni de Rocca Domino Athenarum, qui uxoratus est, quendam personatum Atheniensis Ecclesie, qui Theauraria vulgariter appellatur, conferre præsumpsit in enormem ipsius Ecclesie læsionem. Volentes igitur indemnitate eiusdem Ecclesie paterna sollicitudine providere, discretionis vestre per apostolica scripta mandamus quatenus inquisita super præmissis diligentius veritate, quod per dictum Archiepiscopum super hoc in præiudicium ipsius Ecclesie inveneritis attentatum, sublato appellationis obstaculo in statum debitum revocetis. Nullis litteris veritati & iustitiae &c. Quod si non omnes &c. tu ea, frater Archiepiscopo, cum eorum altero &c. Datum Laterani x. Kalendas Februarij, pontificatus nostri anno undecimo.

Epist. 144.
Scribitur eis
pro Archiepiscopo
Atheniensi.

NOBILIBVS VIRIS BALMO
*Thessalonicensi Comestabulo, Ottoni de
Rocca Domino Athenarum, .. Marchio-
ni, .. Domino Nigripontis, T. de Ostre-
mancout, & aliis Principibus Romanie.*

QVanto personas vestras sinceriori diligimus in Domino caritate, tanto majori dolore turbamur eum ea nobis de vestris actibus referuntur quæ famam vestram obnubilant apud homines & conscientiam maculant apud Deum. Cum igitur, sicut venerabiles fratres nostri Atheniensis Archiepiscopus, Episcopus * Fer- * Thermopyl. mopilenis, & dilectus filius Nazorensis electus in nostra presentia constituti pro se ac aliis Ecclesiarum Romanie Prælati nostris auribus intimarunt, Ecclesias & abbatias, personatus & redditus detineatis ecclesiasticos in salutis vestre dispendium occupatos, devotionem vestram rogamus attentius & monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus prædicta omnia Ecclesiis quibus debentur liberaliter resignantes, decimas eis integrè persolvatis, facientes subditos vestros, Græcos videlicet & Latinos, Prælati suis obedientiam & reverentiam exhibere. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Thessalonicensi & Larisensi Archiepiscopis & Episcopo Davaliensi nostris damus litteris in mandatis ut vos ad id monitione præ-

Epist. 145.
De decimis
solvendis.